



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab Anno Domini D.XC. perueniens vsque ad DCC.XIV. nempe à  
Gregorio Magno Romano Pontifice, vsque ad Gregorium secundum

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annvs 709. Constant. Pap. Annus 2. Ivst. Rhin. Iter. Imp. Annus  
6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15007**

in se conatit, ut ab eo vincibus inberetur per dicit Constantino poli, & exilio atq; etiam ocalorum priuatione damnari, vix que tandem suis pressuris excoctus ad meliores conuersus sit sensus, didicereq; suprema sedi Pontificie obedire. Hæc autem adeo luctuosa à nobis summatim pefficitia sunt, Anastasius vero plura addit his verbis:

III. FELICEM RAUENNA TIS ORDINATOR SCISM. VALUJ.

Hic, inquit, ordinavit Felicem Archiepiscopum Raueennatem, qui secundum usum priorum suorum solitas in sermo noluit facere cautiones, sed per potentiam iudicium exposuit, ut maluit. Cuius cauto à Pontifice in sacratissimâ Confessione B. Petri Apostoli posita, post multos dies, terra & quasi inque combusta reperit, quod quidem haud accidit caelo, sed ad significandū veluti ceteris notis, haud Deo & Apostolo Petro esse gratam eam confessionem atq; professionem, quæ non prodit ex animo, sed ex timore. Quid autem Raueennates sint passi, cum Felicem suum ipso ipse Episcoporum à promissione recederet inuenerint, & iudicib; ac magistratibus in peractis contradixerunt, atq; ob id etiam rebelles maiestati fuerunt, & ab Imperio deliquerunt, ita pergit dicere Anastasius:

IV. FELIX ET RAUENNATES PVNICI.

Raueennates: quos elati superbia digna vltione pœna multati sunt. Mitti quippe iussimano Imperator Theodorum Patricium, & primis exercitus insula Siciliæ cum classe nauium, Raueennam ciuitatem cepit, & omnes rebelles, quos ibi reperit, compedibus firmavit, diuitias eorum abstulit, & Constantiopolim iussit. Dei autem iudicio & Apostolorum Principi Petri sententia, qui inobedientes iure Apostolice sedis, amara morte percipiunt, & ipsi Archiepiscopi homine priuati, dignam scilicet recipiunt pœnam, exul in Ponticam transiisse est regnum, hucq; de pœna rebellem Anastasius. Sed quomodo demum exilio liberatus Felix permittitur est redire Raueennam, inferius suo loco dictari sumas.

V. ECCLESIA RAUENNATVM IN RECIPIENDVM ET RE-DVCTA.

Ita plane iustitiae appenso d' nino iudicio oportuit pœnitenti magnæ feneritate homines iustitiam, qui toties cetera Ecclesiam Romanam contra exere, sepe delinquentes, sepe veniam obtinentes ab ipso Romano Pontifice: vix per Imperatorem ira et fluantem acerbitate punirentur. Sicigitur tanquam in coallatorio Ecclesia illa purgata & vexationibus excocta, didicere exis, quæ passa est obedientiam: vix factam sit illi à Domino secundum illud vaticinium Hæc a: *Mueriam manam meam ad te, & excoquam ad p. rom sciam tuam & auferam omne stannum tuum, & restituiam iudicium tuum, ut fuerim prius, & consilium tuum sicut antiquitus: post hoc roboreris ciuitas iusta, vrbis fideles.* ita plane: ex hoc etiam tempo e quierunt factiose illæ in Romanam Ecclesiam uentiones, eidem in omnibus (vtpat erat) semper Episcopis Raueennatibus obedientibus. Meruerunt ab Imperatore Orientis ita Raueennates affligi, qui Exarchatus consili potentia aduersus matrem adeo fuere protetui. At quo tempore Felix ita oculorum vsu Constantiopolim ignominiose priuatus est, & miser Raueennates occisi, eodem plane Romanus Pontifex ad maiorem ipsorum inuidiam ab eodem Imperatore fridem Constantiopolim summus est affectus honoribus, de quibus inferius dicta sumus.

VI. CONSTANTINI DIABOLI ADVERSVS SVPERBIVM.

Hoc eodem anno Ecclesia Bononiariorum in Germania, ipso suo ortu, inuidia diaboli diuisatur, Christianis, qui in ea et ante, alio migrare coactis. Duobus enim lapsis iam annis, ex quo ad Euangelium pœdicandum ferata tanta fuerat & ostiolo illatum gentium Saumberto, inter eos & vicinos Saxones immane confutum est bellum, id pline facta moliente, quod iam ante sanctissimo viro fuerat comminatus. Rei gestæ narrationem idem sibi presentium reum scriptor hic agge dicitur M. rellius h. *Quamuis autem diabolus sit mendax & pater mendacij, verum tamen sancti prædixit Saumberto, cum per eum expulsus esset ab obfesso, nuntium or. eratuū, vt ex ea proiincia eum pelleret. Nam post hinc inueniunt illi vrbis Bruno magnus Sa- trapa Saxonum cum nobili comitatu inproiinciam Bononiariorum, pernoctansq; in vico Ratingen, ex nimia ebriitate orta dissensione magna inter ipsum & Præmiceriū eiusdem vici de Ratingen, ex insipientia & suggestione diabolica ipsam occidit cum duobus famulis, quibus per vicum dolenter patefactis, amici & affines occi-*

b Martii in Saumber. c. 12.

form ad arma comelantes, eundem nobilem Saumpam peruenit omnibus suis in vindictam trucidauerunt.

Fama vero per Saxoniam inuolante perdidit, & cetera nuntius, intrantes potentes Bononiariorum facti, multo tunc ore gladio occidentes, maxima damna ipso intulerunt vicinis. Paucosque datus luere pertimaco destruxerunt. Contra Bononiarum, & præta yllas & mutationes Saxoniam ipse & fere denotat, & cetera viciniam dum diu committerent magna depopulatione exalibus, militarij & præcipue Christiani, qui à S. Svydoro verbum Dei acceperunt, perpendentes, quod Saxonum potentia & insipientia resistere non possent, vale dicit S. Svydoro, & accepta ad ea benedictione, coacti migrauerunt in extera promissa, vt ibidem inuenirent CHRISTO seruirent. Interea attendens S. Svydoro peruenit Pontifex gregem suum hac illacq; dispersum, & quod nullum fructum nullasq; iudicium inter vtraq; partem cum iam præparatum Saxonum corda sapere possit, exortus ad idem Dominum, vt eo loco sui locum ostenderet, vix habitare deberet. Tandem Anglica reuelatione admonitus, præcipue vrbis & coloniarum Agrippæ ad Petram Docem & Pletrudem eum conuenit, quos apertum locum seruanentium sui condonarent. Quomodo autem Calocorum perueniens, exceptus à Pletrude coningepontis cogit, à Apostolo digna operatus est, & à Pipino vicum W. etiam in insula Rheni imperans, nobile illic condidit monasterium, idem Marcellinus pluribus narrat. Fuit etiam archio foris munio ad expugnandis perdidit Saxonum, siq; accidit, vt vbiq; vix Apollonius fuerit, hanc profuerit, illaq; Christianorum dispersio conuata, ita ad maiorem fidei profectum, sicut coningit psecutione, facta est proficua discipulorum circueq; dispersio.

IESV CHRISTI ANNVS 709.

CONSTANT. PAP. IVST. RHIN. ITER. IMP. Annus 2. Annus 6.

SEQUITVR Redemptoris annus septingentesimus nonus, Indictione septima: quo, mense Octobri, in inchoata à mense Septembri, Indictione octava, Iustinianus Imperator penitentiam agens (vt ut Marcellianus Scotus, sed ob questionem huius temporis, archiepiscopus Anastasius) accerit ab Vrbe Constantiopolitana Constantinum Papam, quod hoc anno Indictione octava inchoata factum esse, Anastasius tradit, licet Scotus in Indictione id accidisse scobat. Verum Anastasio potius assentimur, cui reliqua bene consentiunt, vixque datur, ostendens Iustinianus igitur, non minus, sed præcipue adhibitis, omninq; securitate præstita, scripta vrbis Constantiniam accerit Constantiopolim, vt finis ad legationem nersæ ob canones ad Quintum & Sextam Synodum superadditis poneretur: quod ex his, quæ Anastasius in Gregorio Secundo Constantinus successore namq; intelligere satis possimus. Cum autem soluisset à Romano Potu dicta mense Octobri, hinc mandum sibi fuisse drunti. Sed audiamus, quæ de his Anastasius dicit:

Hic, inquit, temporibus, quibus scilicet hæreticorum cum Raueennatibus, nihil præfata Imperator ad Constantinum Pontificem Sacram, per quam isit eam ad regnum divedere vrbem. Qui sanctissimus vix in ipso imperatissimo imperatissimo illico nauigij fecit parari, quatenus itaq; aggrederetur mare, quod autem auditi Imperatoris in illis, & Constantino obtempersse: quo sentio hæc accipiens, vix vrbis, & cetera retum gestatum progrelia intelliges, cum videmus, quod humilimis obsequiis idem Imperator ipsum Pontificem suscepit cognosces enim plane, cum non fulta Imperatoris præcepisse, sed precibus excolle. Perge vero dicitur

# Ecclesiastici.

Malis: de egressu est Poru Romano die quinta mensis Octobr. Indictione octava: & sancti sunt cum Niceta Episcopo Silua candida, Georgio Episcopo Porriensis, Michaeli, Paulo, Georgio presbitero Gregorio diacono, Georgio secundario, Ioanne primo Desiderio, Cosma Sacellaris, Sifonius Nomenclator, Sergius Seruarius, Dorobus & Iulianus subdiaconi, & de reliquis gradibus ecclesie non pauci clerici. Ceterum cum presentia Pontificis Vrbis delicta videretur, Ioannes Exarchus, qui ad Romanas tuas erat, Romanam petens, clericum afflixit, illa enim tunc absentis Pontificis occasione accepta, praeter adrem auctor sic pregit dicere.

Petrus igitur Neopolus Constantinus Papa, illa cum reperit Iohanni Patriarcha & Exarcho, cognovente his: scopos qui veniens Romanam, Iulianum Paulum diaconum, & Vicelominum, Petrum Arcuarum, Sergium Abbatem presbyterum, & Sergium ordinario presbyterum, Iulianum, pro suis infandissimis factis iudicio Dei ille corpore morte occubuit. Georgius vero presbyter Neapolitanus est: & Pontifex cum suis in Siciliam perrexit: ubi Theodorici Patriarcha, Leogone duxente, occurrit Pontifici, magna enim vena animi salutate atque susceptione, melam adeptus est ceterum. de quo modo egressus per Bologiam & Cortonam, transiit Galapinam, ubi inuicem Niceta Episcopo. Dum vero Hydruntum nauis faceret, eo quod hinc erat, silis suscipi sigillum Imperiale per Theophilum Romanarum, contentus ita, ut vbi decessisset, contingeret ad se Pontificem, omnes iudices cum honorifice susceperunt, quasi ipsum presentem Imperatorem viderent. hinc portus gelæ Constantini Papae anni huius, reliqua anno sequenti.

Et vero iam res Anglicane Ecclesie attingamus, hoc nem anno, ut distantius ab Angelo praedictum ipsi fuerit, ex hac vita recedit Sanct. Wludius Archiepiscopus Eboracensis (quem sub Agathone & sub Ioanne Septimo Romanis pontificibus ad Romanam sedem appellatorem confugisse diximus, & semper ab eadem ablatam) ubi sedisset annos quadraginta quaque, creatus (ut Beda diximus anno) Domini sexcentesimo sexagesimo quarto. Idem vero Beda, ubi de eius transitu egit, vitam ipsius pariter scribit, & itaque in fine eiusmodi habet ad sepulchrum eius appositum Epitaphium his verbis:

Wludius hic magnus requisit corpore Praesul,  
Item Domino qui aulam ductus pietatis amore  
Fuit, & eximio sacrauit nomine Petri,  
Cui clausi celi Christus dicitur arboris urbis:  
Atque auro ac Tyro dicitur vestigi ostro.  
Quamquam sublimis Crucis radiante metallo  
Hic posuit sepulchrum, necnon & quatuor auro  
Seruati Evangelii in ordine libro:  
Ac thesauri virtutis hic condignam condidit auro  
Paschalis qui tunc solemniter tempora cursum  
Catholici ad instum correxit dogma canonis,  
Quam stantur Patres, daboque, erroris remoto  
Certa sua genui ostendit moderamina ritus:  
In quo loco ista monachorum examina crebra  
Collata, ac summat, cauit quae regula Patrum,  
Sculptis insinuat, multumq; domus, seruis,  
Sulcaturum unum per tempora longa perasit:  
Quindecim tertio postquam egit Episcopus annos,  
Transiit, & gaudens caelestia regna petit.  
Dona I. E. S. V. in grex pastoris calle sequatur.

Porro quo die caelum scandit, quarto Idus Octobris, eodem ordine ab Ecclesia annuatiario cultum in sanctos confiditores relatus in tabulis Ecclesiasticis.

Eodem quoque anno moritur sanctus Althelmus Episcopus Schirenbregensis in Anglia de quo superius, ut eius uita Acta declarant. His lucidissimis altis hoc anno Ecclesie Anglicanae caelum ornatu, ubique sancta in monachis, Episcopis, atq; Regibus.

Hoc namque anno Coenredus Rex Merciorum, ubi sex annorum regni periodum absoluit, Romanam venit, ut Beda in epistole scribit. Inno de duobus Regibus Anastasius testatur in Constantino, cuius haec sunt verba. Hinc superius duo Reges Saxonum ad orationem Apostolorum cum aliis pluribus venientes, reuoluerit (ut optabant) vitam suam sim-

uerunt, hoc enim erat illis in votis, ut Romam pergerent ad limina Apostolorum, ibique peccatis expiatis, spiritum Deo redderent. Eadem de his scribens Paulus diaconus, post multa haec addit: Hic temporibus multi Anglorum gentes nobiles & ignobiles viri & feminae diuini amoris infuncti, Romanam reuere conuenerunt. Sic igitur qui & erant longe, facti sunt propere in sanguine Christi: & qui in diuisa (ut aiebant) à toto orbe Britannia habitabat Angli, idem communionem fidei proximi & charitate coniuuncti facti fuerunt, matris vberibus iugiter inherentes.

Eodem anno Childbertus, tertius eius nominis Rex Francorum, ubi regnasset annis decem & septem: moritur iuxta inuicem superius ratione annorum ex huius temporis petita scriptoribus: in quo locum eius subrogatur Dagobertus secundus, qui regnum tenuit annis quinque. Porro hoc eodem anno factam diuinitus apparitionem Autherto Episcopo de erigenda basilica in honorem S. Michaelis Archangeli, habet Sigebertus in Chronico. Eius generis apparitiones plures tum in Oriente, tum in Occidente Graecorum atque Latinorum scriptores produnt: porro ex miraculorum frequentia haud rem fuisse inanem, idem auctores ostendunt. Euit idem Authertus Cameracensis Episcopus, idemque sanctitate insignis, cuius res gestas scriptis Fulbertus clarissimus sui temporis scriptor.

## IESU CHRISTI ANNVS 710.

CONST. PAP. I. VST. RHIN. ITR. IMP. ANNVS 3. ANNVS 7.

SEPTINGENTESIMVS decimus sequitur annus, Indictione octava, qua soluens Hydruntio Constantinus Papa, peruenit Constantinopolim: sed quo praesidio honore, quibus occurribus & obsequiis, cum id ipsum complures seculant, verba hic in primis reddamus Anastasii Bibliothecarii, qui sic ait: Egressus est portus scilicet Hydruntino, parces Graecae contingentes, in insula, qua dicitur Coa, occurrit Theophilus Patriarcha & Strategus id est, Dux, Constantinianus: & cum summo honore eum suscepit, & amplectens, ut iusto certis- nibat, iter absoluit per agere coepit. A quo loca nauigantes reuerunt à septimo militario Constantinopolim. Vbi egressus Tiberius Imperator filius Iustiniani Augusti cum Patriarcha & omni Synclero, de- cepe Senatu, & Cyro Patriarcha cum clero & populo multitudinis, omnes latentes & dum seclis agentes. Pontifex autem & eius primatus cum solariis Imperialibus, sellis & sicut inauratis, summi & mappulis ingressi sunt ciuitatem. Apostolici Pontifex cum Laue- lance, ut est solitus Roma procedere, à palatio Septimi egressus in Placidium vsque ubi hospitaturus erat, properauit.

Domini autem Iustinianus Imperator audens eius aduentum, magno repleto gaudio, à Nicea Bithyniae misit Sacram gratiarum actionem plenam, & ut debuisset Pontifex occurrere Nicomediam, & ipse venire à Nicea: quod & factum est, in die autem, qua se in- nitem viderunt, Augustus Christianissimus cum regno in capite sese profuerunt, pedes osculans Pontifex: deinde in amplexum mutuum caruerunt. Et facta est letitia magna in populo, omnibus aspi- centibus tantam humilitatem boni Principis. Die vero Dominico Mis- sas Imperatoris fecit, & conuincens Principi ab eius manibus proeg- sissus delictis ut deprecaretur, Pontifex postulat: omnia privilegia Ecclesie renouauit, atque sanctissimum Papam ad propria reuocari absoluit, hinc utque de his Anastasius pergit vero dixit de eius in Vrbem reditu, quem conuigisse ait men- e Octo- bri, indictione decima: adeo ut eum ibi commoatim esse oportuerit: vsq; ad annum sequentem, quo mense Sep- tembris decima Indictio inchoatur. Porro de eodem occurrit Imperatoris meminit Anselmus Lucensis, ubi agit de potestate & primatu Romani Pontificis, & longe ante eum Beda & Marianus Scotus iuniorum eadem pestringentes, & alij.

VI. DAGOBERTVS II. REX FRANCO- RVM.

I. CONSTANTINVS PAPA VENIT CONSTANTINVM.

II. IUSTINIANVS IMP. PROSTRATA PARS OCTID- TYA PAPAE CONSTANTINVS.